factuſ homo quę̄ · dī filiuſ qui primū hominē fecerat · & uitā etern̄a
quā p adam pdiderant homineſ repararet · ac de ligno quo eiſ lignū
concupiſcentię excluderat · Tenderet in cruce inmaculataſ ma
nuſ · p manib; incontinenter extenſiſ · Pro ſua in cibo arbo
riſ uetitę eſcam felliſ acciperet · & in ſe ſuſcipienſ mortalitatē
nrām · ſuam nobiſ inmortalitatē inferret · Aegeaſ dixit · Iſ
ta uerba illiſ narrare poteſ · qui tibi credunt · Mihi autē niſi
hoc conſentiaſ ut ſacrificium diiſ omipotentib; offeraſ · in
ipſa cruce te quā laudaſ fatigatū affigi precipiam · Andre
aſ reſpond̄ · Omipotenti dō qui unuſ & uerus ē ego omī die
ſacrifico · non thuriſ fumū · nec taurorū mugientium car
neſ · nec hyrcorū ſanguinē · ſed inmaculatū agnū cotidie
in altare cruciſ ſacrifico · Cuiuſ carneſ poſtea quā omniſ
poplſ credentiū manducauerit · & ſanguinē eiuſ biberit ·
agnuſ qui ſacrificatuſ ē · integer pſeuerat & uiuuſ · Et cū
uere ſacrificatuſ ſit & uere carneſ eiuſ manducatę ſint a poplō ·
& uere ſanguiſ eiuſ ſit bibituſ ut dixi · integer tamen pmanet
& inmaculatuſ & uiuuſ · Aegeaſ dixit · Quomodo poteſt hoc
fieri · Andreaſ reſpond̄ · Si uiſ diſcere quomodo poteſt
hoc fieri · aſſume formam diſcipli · ut poſſiſ doceri qđ
queriſ · Aegeaſ dixit · Ego a te cum tormentiſ exigam ·
huiuſ rei notitiam · Andreaſ reſpond̄ · Miror te hominē
prudentē ad tantā ſtultitiā deuolutū · ut puteſ me per tor
mentiſ tibi diuina pandere ſacrificia · Audiſti myſteriū
cruciſ · audiſti myſterium ſacrificii · ſi credideriſ xpm̄ filiū
dī uiui · qui cruci fixuſ eſt · audeiſ uerum dñm ēē · pandā
tibi quo ordine occiſuſ uiuat agnuſ · qui cū ſacrificatuſ
fuerit & comeſtuſ · integer tam̄ pſeuerat & inmaculatuſ in
ſuo regno pmanet · Aegeaſ dixit · Cum ſit occiſuſ & ab omi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.27, 4v – Alcuinus, Confessio de Trinitate; Hildebertus Cenomanensis, De novo sacrificio vetus abrogante; Passio Andreae apostoli (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hmdm/5305/50417)